

quartam generationem; sed misericordia signum est, penam differre peccanti.

QUESTIO XVI.

Quare pro magna laude hujus Episcopi dicitur, quod oderit facta Nicolaitarum?

123. Terminat Dominus orationem suam cum Episcopo Ephesino dicens: Sed hoc habes, quod odisti facta Nicolaitarum, qua ego odi. Secta autem haec erat de impudica, ac licentiosa luxuria cum quacumque muliere, etiam conjugata; & recte isti haeretici dicuntur Nicolaitae à Nicolao: Nicolaus enim interpretatur, populus stultus, & insipiens. Ita Haymo, & Ansbert. qui ait: Si ad proprietatis figuram, ut solet, sermo recurrit, omnes haeretici Nicolaitae esse probantur. Nicolaus enim interpretatur stultus populus, & qui alii hujus stulti populi vocabulo rectius figurantur, quam haeretici: Qui cum sapientia Dei Patris, qua Filius ejus est, vera non sentiunt.

124. Et maxime expendendus est modus dicens. Odisti facta Nicolaitarum, non Nicolaitas quia non homines, sed peccatum, non natura sed vitium odio est habendum. Albert. Magn. Vita odisti, non naturam, qua ego odi, & diligo naturam. Haymo: Notandum, quia non naturam, sed opera hominum Dominus se odio habere dicit: unde non dicit, odisti Nicolaitas sed odisti facta Nicolaitarum, qua ego odi, homo enim diligendus est, opus autem illius malum, odio est habendum.

125. Secundò, Joachimus Abbas: Facta Nicolaitarum nulli melius, quam castitatis latentes, commendantur odisse, quia nimium fax luxuria tam fecunda, & tam horrida est, qui vitam castam elegisse noscuntur, seu etiam qui habent uxores quasi non habentes sint. Merito huic Episcopo dicitur quod magno odio ferebatur in spurcissimam luxuriam Nicolaitarum: etsi ad omnes, maxime tamen ad Praelatos, & Ecclesiasticos spectabat odio, prosequi libidinofam turpitudinem.

126. Tertio. Ait Dominus: Odisti facta Nicolaitarum, qua ego odi. Infinita Dei bonitas odio habet omnia peccata; & cum in his haereticis multae essent turpitudines, tamen singulariter ait Deus quod oderit facta Nicolaitarum, impudicam nempe eorum libidinem inter omnia enim vitia hoc maxime execratur, & detestatur à Deo. Ait Jerem. 12 n. 2. ad deum: Longè tu es à rebus eorum. Multa peccata erant in Israel, furti, homicidii, odii superbiae, & tamen insigniter Propheta ait, quod à deo abominentur, quae sunt rebus deum. Vinc. Ferr. 7. Adventus explicans citata verba: Longè à rebus eorum: ait, id est operibus, sed quare non dicit longè à pedibus eorum, sicut dicit à rebus? Quia dicit B Gregor. quod radix luxuria in rebus consistit, propter quod peccatum deus elongatur à natura humana, plusquam ab aliis peccatis; quia plurimi damnantur isto peccato.

127. Haymo. Ansbert. Haeretici dicitur Nicolaitae id est stulti. 128. Haymo. Natura diligenda, vitium odio habendum. 129. Praelati odio persequuntur luxuriam.

130. Jerem. 11. Vinc. Ferr.

QUESTIO XVII.

Quare Dominus loquens cum Episcopo Ephesino, ejus laudes praedicat in principio, ac sine orationis?

127. Difficultas quaestionis est, quia verba cum hoc Episcopo inchoat Dominus supra n. 2. Scio opera tua, & laborem, & quia non potes sustinere malos. Et statim cum arguit: Sed habeo adversus te, quia charitatem tuam primam reliquisti. Et tantem verba terminat cum laudibus ejusdem Episcopi in praesenti: Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, qua & ego odi. Cur ergo unica oburgatio duplici encomio circumcingitur.

128. Respondet Rupertus lib. 2. in Apoc. Notanda dispositio sermonis, ait, quam artificiosa sit. Et prius quam emitteret austeritatem reprehensionis, qua laudanda erant, collaudavit. Et post, ubi corripit, atque minas intendentis, rursus quod laudandum erat, laudavit: ita reprehensionis amaritudinem, ne nimis offenderet, atque exterreret, collaudationis dulcedine circumlinvit. Exce principium, & finis orationis totus resolvitur in laudes Episcopi Ephesini: in medio autem orationis acerbam reprehensionem, duraque minae de eo à dignitate removendo: cur ergo sic accingitur laudibus unica oburgatio? & sapienter quidem ut reprehensio esset facilior, & durities ejus favoribus, & laudibus emollita.

129. Quod optime confirmat Rupertus citatus ex colloquio domini cum Samaritana Joan. n. 28. ait illi Jesus: Benedixisti, quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir. Hoc verè dixisti. Bis mulieris meretricis verba probat & laudat Dominus. In principio: bene dixisti: & in fine: & non verè dixisti. Cur, Domine, lascivam mulierem duplicata laude commendas? Obiecturus erat mulieris turpitudinem: quinque viros habuisti, Ab ejus inchoat laudibus, & in eis finit, ne ejus animum nimis exacerbaret; & ut suavis ac lenis fieret reprehensio tantis laudibus interclusa. Rupertus: Antequam diceret, quinque viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir, praecepit collaudans: bene dixisti, & postquam illi, quod tot viros habuisset expressit, iterum collaudans: hoc, inquit, verè dixisti, Ad agnam hoc, & dignè imitandum est magisterium Spiritus Dei, corripere quidem ea, qua emendatione indigent; sed inter corripendum, & prius, & posterus collaudare, si qua bene dicta sunt; & quatenus tenentur benevolentius correctus, & non refugiat.

130. In templi fabrica dicitur quod Salomon posuit inter coronulas & plethas, leones, & boves, & cherubim 3. Reg. 7. n. 29. Coronulas explicat Menochius ex Ribeira lib. 2. de templo c. 8. sculpturas, plethas, id est, juncturas, proindeque ipsae juncturae erant implicate floribus, ac ramuliculis. Tyrinus ait, Coronulas, & plethas idem esse, ac coronas plexas, seu nexas, juxta illud Machab. 4 n. 57. Ornaverunt faciem templi coronis aureis. Quid est, quod Salomon in tabulis templi primò posuit coronas cum ramis & floribus, deinde in medio leones, & postmodò boves, & Cherubim?

131. Cherubim: ut severitatem, ac ferocitatem leonum mitigaret, ac circumcingeret suavitate corporum ac florum, bovis mansuetudine ac Cherubim benignitate.

QUESTIO XVIII.

Quare cum hucusque Angelus locutus sit in persona Christi, nunc sermonem ad Ecclesias de Spiritu sancto instituit?

135. At Angelus: Qui habet aures audiendi, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis: Hanc eandem methodum in omnibus Epistolis tenet: ut postquam apponat ab omnibus Ecclesiis audiendum; & quod uni Ecclesiae dicitur, omnibus dicitur, ut jam notavi in Expositione. Et scribitur: Qui habet aures audiendi, audiat. Aures intelligit spirituales, paratas ad intelligendum, & obediendum. Sicut Matth. 13. nun. 9. dicitur: Qui habet aures audiendi, audiat. Ubi Hieron. ait: Provocamur ad auditorum intelligentiam, quo his sermonibus commoneamur. Ansbertus in praesenti. In eo quod dicitur: qui habet aures audiendi, audiat; non carnis; sed cordis aures requirit; quam inter immensas populorum turbas, paucissimos habere praevideat; quam videlicet aures mentis, nisi quis habere poterit, eloquia Spiritus capere nequaquam valebit: hinc est, quod Dominus in parabola ad turbas loquens, dicebat. Marc. 7. n. 19. Qui habet aures audiendi, audiat; omnes enim qui illic adorant, proculdubio aures corporeas habebant: ad capiendam ergo parabolorum juarum anigmata, interiores aures requirerebat, qui cunctos exteriores habere cornebat, quibus talia clamabat.

136. Quæstio tamen inquit, cur in principio hujus Epistolae sicut & in cæteris primò introducit Christus loquens, ut in hac Epistola Episcopi Ephesini, hoc cap. 2. n. 1. Haec dicit qui habet septem stellas in dextera sua. Et in secunda Epistola Episcopi Smyrnae n. 8. Haec dicit Et tamen in fine cuilibet Epistolae semper introducit Spiritus Dei loquens. Qui habet aures audiendi, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. Cur ergo in principio sermonis Christus loquitur, in fine Spiritus sanctus.

137. Respondeo primò, quod hucusque sermo erat cum persona particulari Episcopi: modò sermo est cum Ecclesiis, quid Spiritus dicat Ecclesiis. Spiritus autem sancti proprium est regere, ac gubernare Ecclesiam, nam ut inquit D. Nazianz. orat. 44. D. Leo ser. 1. de Pentec. Spiritus sanctus, inspirator est fidei, doctor, scientia, fons dilectionis, signaculum castitatis, & totius est causa virtutis. Et ideo dicitur sanctus, quia purissimus, ac sanctissimus est omnis sanctitatis creatrix fons, & origo: inde ipsius est regere Ecclesiam in vera fide, in doctrina sana, in vehementi dilectione, puritate, ac castitate cum omni sanctitate. Hinc Apostoli in primo Concilio quod celebrarunt, Act. 15. n. 28. dixerunt: Visum est Spiritui sancto, & nobis. Et Paulus Act. 10. num. 28. Attendite vobis, & universo regi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei.

138. Secundò Joachimus Abbas. Bene in principio, ait, cujuscumque capituli loquitur Christus, in fine verò Spiritus sanctus, quia primò missus est Christus, qui docet Apostolos: secundo Spiritus sanctus.

131.

Psal. 114. D. Ambr.

Justitia misericordia circumcluditur.

Apoc. 2. n. 7. Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis; Vincenti dabo edere de ligno vitae, quod est in paradiso Dei mei

VERSIONES.

S. Ambros. Qui habet aures audiendi. D. Cyprian. Qui vincet, dabo illi. Syriacus. Qui vincit, dabo ei edendum de ligno vitae. Arabicus. Dabo edere de arbore vitae. S. Victor. Dabo vesci arbore vitali. Vatabl. Edere de ligno vitae, quod est in medio paradisi Dei.

EXPOSITIO V.

132. Qui habet aures, audiat. Intelligit aures promptam ad intelligendum ac audiendum: Quid Spiritus, Spiritus nempe sanctus, qui per Prophetas locutus est: Dicitur Ecclesiis: Quod enim uni Ecclesiae sigillatim dicitur, id ipsum sanè omnibus dicitur Ecclesiis; & quamvis sermo sit cum Episcopo Ephesino, ac ejus Ecclesia, cum qua præcipue loquitur, ut dicam quæst. sequente: tamen sermo ad omnes alias Ecclesias dirigitur, ac destinatur.

133. Vincenti Pererius intelligit mundam, carnem, daemonem: quomodo vicerunt, & vincunt Martyres. Menoch Tyrinus. Vincenti remissionem, & torporem, cuius hic arguuntur Episcopi. M. Ioannes de La Haye: Vincenti facta ac doctrinam Nicolaitarum sub quibus intelligit cæteros haereticos, de quibus immediate fuerat sermo. Angelus tamen absolute dicit, Vincenti, & non explicat quæ vincenda sunt; & ideo possumus extendere, quod omnia, quæ in via Dei ad veriantur, a nobis vincenda sunt, ut præmio donemur.

134. Gen. 2.

Dabo edere de ligno vitae. Non de illo corporali Gen. 2 num. 9 sed de ejus antitypo, ac spiritali arbore vivificante; beatitudine nempe, ac fruitione Dei vel de Christo in Eucharistia, seu cruce ejus, ut multi interpretantur: de quo in quaestionibus. In paradiso Dei mei. Christus æternum Patrem, vocat Deum suum, ratione naturæ humanæ, ut dicam quæst. 25.

Salvator in Apocalypsim, Tom. I.

135. P. 136. P. 137. P. 138.

Sanctus, qui omnibus fidelibus loqueretur, nec alia... Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia...

bene agnosceret eos: & cum illi essent profecturi ad Patrem, Præcepit Ioseph dispensatori domus sue dicens, imple sacco corum frumento...

QUESTIO XIX.

Quare non pugnavit, sed vincenti lignum vitæ promittitur?

At in præsentis Angelus: Vincenti dabo. Sub nomine vincentis intelligendus venit, qui doli tentationes, mundallacias, suosque appetus, suamque remissionem verã pœnentat...

Ille enim verè vincit, qui celestibus monitis acquiescit, ac obtemperat, cum propriam voluntatem renunciet, propriosque appetitus refrænat...

vita itinere torpeat; ne in patria locum perdat. Quartò. Immediatè ante dictum est huic Episcopo Ephesino: Odisti facta Nicolaitarum...

de ligno vitæ, datur, ait, iis scilicet, qui triumphant de vitis. Hinc mandavit Deus mensam in templo fabricari, & ait Moysi: Facies illi labrum aureum per circuitum...

Gen. 44. Amor vero mensuratur in donis. Oleaster. 143. Cant. 11. Alia lectio Carpath. Amor vero se continet, quoniam se ad fundat. 147. Rupertus. Qui per penitentiam vincit, Eucharistiam participat D. Chryf. 148. D. Basili. 149. D. Anselm. 150. 2. Tim. 4. 151. D. Thom. 152. Prov. 9.

Ioan. 14. Arabic. Syriac.

D. August. Rupert. Beda. D. Thom. D. Bonav. 139. Rupert.

Tamen in quæstionem voco, cur ait, vincenti dabo edere. Potius videbatur dicendum, victuro, seu bellum confecturo...

140.

141.

Amor liberatis in donis.

Ether.

142.

144. Quid sit vincere?

145. Divina bona ex multorum communisatione non accipiuntur.

146. Rupertus.

149. Castitatis amator, gubnat de ligno vitæ.

Exod. 12.

Luxuriosos accedentes ad hanc mensam riorosissime puniuntur.

D. Paschal.

150.

2. Tim. 4.

151. D. Thom.

Eucharistia triumphantium est. Exod. 25.

152.

Prov. 9.